

um uicit. Prouincijs domitis, cum duas accepisset clades in  
 Germania penè exitiales Lollianam & Varrianam, Ianum  
 clausit. Urbē optimis institutis & operibus magnificentis-  
 simis excoluit, hinc merito PARENS PATRIAE,  
 & primus Augustus ab uniuersis salutatus est: Qui totie s-  
 petitus insidijs, tandē Nolæ obiit eodē in cubiculo, quo p. t-  
 ter etatis anno LXXVI, cum imperasset LYI. Prinæps  
 haud dubie foeliciſſimus, sub quo CHRISTVS lux or-  
 bis nasci uoluit anno xlij Augusti.



Octavius pater Augusti & re & estimatione magna fuit,  
 amplis. n. innutritus opibus honores & adeptus est facile  
 & egregie administravit, Macedoniae praefuit non minore  
 iustitia quàm fortitudine, ex qua cum discessit morte obiit re-  
 pentina, superstitibus liberis Octavia maiore, quam ex An-  
 charina tulerat quæ postea nupsit M. Antonio, & Octavia  
 minore & Augusto quos ex Actia. Sueto.